



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Biblia aurea cum suis histo||riis necnon exemplis || veteris
atq[ue] noui || instrumenti**

Antonius <de Rampegollis>

Arge[n]toraci, 1509

VD16 A 2968

De Baptismate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30649

De baptismo christianorum.

De baptisate. Cap. xxi.
Baptismus christianorum est
Demonstratus in figuris.
Propheatus in scripturis.
Roboratus Christi curis.

b Baptismus

figuratus fuit in figuris antique legis. Nam figura tus fuit per mare rubrum in quo filii israel liberati sunt. i. christiani: et Pharaon. i. diabolus cum suis sequacibus est submersus. Exodi. xiiij. Per aquam signatam baptismus in qua Helizus misit sal. i. christus gratiam: ut eius sceleritas sanaret. iij. Reg. xv. Septena lotio Haama in iordane: que eum mundavit a lepra: signat septem dona spiritus sancti: mundantia hominem baptizatum. iij. Reg. v. Baptismus prophetatus fuit in scripturis a prophetis antiquis et novis. Nam de eo prophetavit Ezechiel: dicens: Effundam super vos aquam mundam: ut mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Ezechiel. xxxvi. Joannes baptista eximius prophetarum: prophetavit et predicavit baptismum: et incepit eum: et christi baptismum prophetice nuntiavit. Matt. iij. Baptismus consecravit et approbavit christus: quoniam baptizatus est a Joanne: et spi-

ritus sanctus apparuit in columbe specie: ut aquis virtutem tribueret salutare. Matt. iij. et Lu. iij. Precepit christus baptismum fieri de necessitate: cum dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non intrabit regnum celorum. Jo. iij. Predicari etiam voluit christus baptismum: et formam baptizandi tradidit: dicens: Euntes docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris: et filii: et spiritus sancti. Mat. xxviii. In baptismo et fide ostendit christus esse salutem nostram: dicens: Qui crediderit et baptizatus fuerit: salvus erit. Mar. xvi.

De benedictione dei ad hominem. Ca. xxij.

Benedictionem dei recipiunt Coniugiorum perfecti observatores.

Preceptorum subiecti executores.

Flagellorum electi supportatores.

Arduorum accepti operatores.
Deutorum dilecti hospitatores.

Benedixit

b de existens in matrimonio ad filios procreandum. sic benedixit Ade et